



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri  
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædedit usq[ue] in annum  
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina  
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

**Luther, Martin**

**Basileae, 1520**

**VD16 L 3411**

Argvmentvm Epistolae Pavli Ad Galatas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34878**

# ARGVMENTVM EPI STOLAE PAVLI AD GALATAS.



ALATAE primum ab Apostolo sanam fidem, id est, in solum IESVM Christum, non in suas aut legis iusticias, fidere docti; post per pseudapostolos rursum perturbati sunt, in fiduciam operū legalis iustitiae: decepti uidelicet & facillime, magnorum & uerorum apostolorum false commendato, & nomine, & exemplo. Nec enim in omni uita mortalitatis quic

Lapsus in su  
perstitione fa  
cilius.  
Fieri simus &  
leuiathan.

Ceremoniae  
licita, non ne  
cessariae.

Creditibus  
oia coopant  
in bonum.

Pauli sanctissima  
sima superbia.

& fallacius est superstitione, hoc est, falsa & infelice imitatione sanctorum. Quorum cum opera sola, non etiam cor spectaris, in proclivi est, ut simia fias & Leviathan, id est, addimentum addas, quo ex uera religione superstitionem uel impietatem facias. Nam, ut exemplo praesente monstrum, Apostoli per ecclesias Iudeas nonnullas legum ceremonias seruabant. Sicut de Marco Philonē scripsisse Hieronymus testatur. Hoc autem stulti illi, qua ratione id facerent ignorantes, mox de suo addiderunt, necessaria esse ad salutem, quae a tantis apostolis obseruari uiderant; nec unius Pauli, qui Christum neque uidisset, neque audisset in terra, habendam rationem. At Apostoli, ut manifestissime Act. xv. Petrus definierat, non ut necessaria, sed ut quae licenter, & nihil obessent ies, qui non in ipsa, sed in Iesum Christum salutis fiduciam ponunt, seruabat. Nam in Christum credentibus, oia munda, indifferetia, licita sunt, quæcumque uel precipiuntur, uel prohibentur exterinis ceremoniis, corporibusque iustitiis: nisi certum sua sponte, aut pro charitate se se eis subiungere uelint. Ad quam intelligentiam PAVLVS tanto astu laborat Galatas reuocare, ut & PETRI & oīm Apostolorū prorsus nullā rationē habeat, quantum ad personā, conditionē, id est, dignitatē (& quod dicunt) qualitatē attinet. De nichil se ab eiusdem nihil accepisse, quin cōmendatum ab eis fuisse, gloriatur sanctissima quadam superbia; nihil cedens apostolorum quoque opinionem, qua euangelica ueritati uidebat calumnia strui apud rudiores, longeque melius dicens, inglorios esse, seipsum & apostolos ipsos, & Christi euangeliū euacuart.

## EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS, CAPVT PRIMVM.

Erasmus.

Apostolus.

Silas.

Christ⁹ apo  
stolus,



### A V L V S A P O S T O L V S.

Quando iam græcatur totus orbis Christianus, & Erasmus theologicissimi annotationes omnium manibus reruntur, non est necesse indicare, quid Apostolus græce significet, nisi ies, quibus non Erasmus, sed ego scribo. Apostolus enim idem quod missus significat. Et doctorem Hiero. hebraeorum uocabulum est, quod Silas apud eos sonat, cui a mittendo, nomen missio impositum est. Ita apud Ioā. ix. Vade, Iaua in natatoria Silohe, quod interpretatur missus. Cuius mysterij & Esa. vii. non ignarus dicit: Abiecit populus iste aquas Siloe, quae uadunt cum silentio. Sed & Gen. xlix. Donec ueniat Silo, quod Hiero, trans-  
tulit, qui mittendus est. Ex quo loco Paulus Christū apostolū appellare uide tur, ad